

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica

Ordinationes ad Constitutionem Apostolicam „Sapientia Christiana“ rite exsequendam

PARS PRIMA: NORMAE COMMUNES

Titulus I – De Universitatum Facultatumve Ecclesiasticarum
natura et fine

Titulus II – De Communitate Academica eiusque regimine

Titulus III – De Docentibus

Titulus IV – De Studentibus

Titulus V – De Officialibus et Administris

Titulus VI – De Ratione Studiorum

Titulus VII – De Gradibus Academicis

Titulus VIII – De rebus didacticis

Titulus IX – De rebus oeconomicis

Titulus X – De Facultatum praestituta distributione et coopera-
tione

Kongregation für das Katholische Bildungswesen

„Ordinationes“ zur richtigen An- wendung der Apostolischen Kon- stitution „Sapientia Christiana“

erlassen am 29.4.1979;

*Artikel 56 und 57 geändert durch: Kongregation für das Katholi-
sche Bildungswesen, Dekret „Novo Codice“, vom 2.9.2002;*

*Artikel 51, 52, 59-62 geändert durch: Kongregation für das Ka-
tholische Bildungswesen, Dekret zur Reform der kirchlichen Stu-
dien der Philosophie, vom 28.1.2011*

ERSTER TEIL: ALLGEMEINE NORMEN

I. Natur und Aufgabe kirchlicher Hochschulen

II. Struktur der Universitätsgemeinschaft

III. Lehrkörper

IV. Studenten

V. Verwaltungskräfte

VI. Studienordnung

VII. Akademische Grade

VIII. Lehrmittel

IX. Wirtschaftliche Belange

X. Planung und Zusammenarbeit der Fakultäten

PARS ALTERA: NORMAE SPECIALES

Titulus I – De Facultate Sacrae Theologiae

Titulus II – De Facultate Iuris Canonici

Titulus III – De Facultate Philosophiae

Titulus IV – De aliis Facultatibus

Appendix I – Normae ad Universitatis vel Facultatis Statuta conficienda

Appendix II – Sectores Studiorum Ecclesiasticorum actu vigentium in Ecclesia

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, ad normam art. 10 Constitutionis Apostolicae *Sapientia Christiana*, Ordinationes, quae sequuntur, Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis tradit easdemque fideliter servandas praescribit.

ZWEITER TEIL: BESONDERE NORMEN

I. Theologische Fakultät

II. Kirchenrechtliche Fakultät

III. Philosophische Fakultät

IV. Sonstige Fakultäten

Anhang I: Normen für die Abfassung der Statuten der Universität bzw. Fakultät

Anhang II: Themenbereiche heutiger kirchlicher Studien

Gemäß Art. 10 der Konstitution „*Sapientia Christiana*“ legt die Kongregation für das katholische Bildungswesen den kirchlichen Universitäten und Fakultäten die folgenden Verordnungen vor und verfügt deren gewissenhafte Beobachtung.

PARS PRIMA

NORMAE COMMUNES

Titulus I

De Universitatum Facultatumve Ecclesiasticarum natura et fine

(Const. Apost., art. 1-10)

Art. 1. Universitatis vel Facultatis nomine ea quoque intelleguntur Athenaea, Instituta aliaque Centra Academica, quae a Sancta Sede canonice erecta vel approbata sint, cum iure gradus academicos conferendi eiusdem Sanctae Sedis auctoritate.

Art. 2. Ad investigationem fovendam valde suadentur specialia inquisitionis scientificae centra, commentaria periodica et collectiones scientificae, necnon scientifici conventus.

Art. 3. Munera, quibus obeundis studentes praeparantur, esse possunt vel proprie scientifica, sicut investigatio et magisterium, vel potius pastoralia. Huius diversitatis ratio habenda est in curriculis studiorum ordinandis et in gradibus academicis definiendis, scientifica semper eorum indole servata.

ERSTER TEIL

ALLGEMEINE NORMEN

Titel I

Natur und Aufgabe kirchlicher Hochschulen

(Apost. Konst., Art. 1-10)

Art. 1. Als Universitäten oder Fakultäten werden auch jene Hochschulen, akademischen Institute oder Zentren bezeichnet, die vom Hl. Stuhl kanonisch errichtet oder anerkannt wurden und denen der Hl. Stuhl das Recht zur Verleihung akademischer Grade erteilt hat.

Art. 2. Zur Förderung der wissenschaftlichen Forschung werden besondere Studienzentren, regelmäßig erscheinende Zeitschriften, wissenschaftliche Sammlungen und Kongresse eindringlich empfohlen.

Art. 3. Die Aufgaben, auf deren Erfüllung sich die Studenten vorbereiten, können rein wissenschaftlicher – wie Forschung und Lehrtätigkeit – oder beruflicher Natur sein. Dieser Tatsache ist bei der Erstellung der Studienordnung und bei der Festlegung der akademischen Grade entsprechend Rechnung zu tragen, wobei der wissenschaftliche Charakter immer zu wahren ist.

Art. 4. Actuosa pars in ministerio evangelizationis actionem Ecclesiae respicit in re pastorali, oecumenica et missionaria; atque ad fidem intellegendam, tuendam et diffundendam imprimis dirigitur; simul vero ad totum ambitum culturae et societatis humanae extenditur.

Art. 5. Conferentiae Episcopales, cum Apostolica Sede hac etiam in re coniunctae, sedula cura Universitates Facultatesve prosequentes:

1° una cum Magnis Cancellariis progressum earum foveant et, servata quidem autonomia scientiae ad mentem Concilii Vaticani II, imprimis de earum condicione scientifica et ecclesiali sint sollicitae;

2° quod attinet ad quaestiones communes intra fines propriae regionis occurrentes, Facultatum actiones adiuvent, inspicient, apto nexu componant;

3° ratione habita et necessitatibus Ecclesiae et progressus culturalis propriae regionis, ut eae aequo habeantur numero, curent;

4° ad haec perficienda de suo gremio Commissionem constituent, cui Peritorum Coetus sit adiumento.

Art. 6. Ad Statuta una cum Ratione Studiorum conficienda prae oculis habeantur Normae, quae in Appendice I harum Ordinationum continentur.

Art. 7. § 1. Valor canonicus gradus academici significat illum gradum *habilitare* ad suscipienda munera ecclesiastica, pro quibus gradus academicus requiratur, imprimis ad docendas scientias sacras in Facultatibus, seminariis maioribus et aequipollentibus scholis.

Art. 4. Die Teilnahme an der Evangelisierungstätigkeit betrifft das Wirken der Kirche in der Seelsorge, im Ökumenismus und in den Missionen und zielt in erster Linie auf die Vertiefung, Verteidigung und Verbreitung des Glaubens ab; sie erstreckt sich ferner auf den gesamten Bereich der Kultur und der menschlichen Gesellschaft.

Art. 5. In angelegentlicher Sorge um die Universitäten und Fakultäten beachten die auch hierin mit dem Apostolischen Stuhl verbundenen Bischofskonferenzen folgendes:

1. Zusammen mit den Großkanzlern fördern sie, unter Wahrung der Eigenständigkeit der Wissenschaft im Sinne des II. Vatikanischen Konzils, ihren Fortschritt und seien vor allem um ihre wissenschaftliche und kirchliche Natur besorgt.

2. Bezüglich der gemeinsamen Fragen, die im eigenen Land auftauchen, unterstützen sie die Tätigkeit der Fakultäten, inspirieren und schlichten in passender Zusammenarbeit.

3. Mit Rücksicht auf die Bedürfnisse der Kirche und auf den kulturellen Fortschritt ihres Landes sorgen sie dafür, daß sie in entsprechender Zahl vorhanden seien.

4. Um dies zu erreichen, ernennen sie aus ihrer Mitte eine Kommission, der eine Gruppe von Fachleuten zur Verfügung steht.

Art. 6. Bei der Vorbereitung der Statuten und der Studienpläne möge den in diesen Verordnungen enthaltenen Normen (Anhang I) Rechnung getragen werden.

Art. 7. § 1. Die kanonische Gültigkeit eines akademischen Grades bedeutet, daß der betreffende Grad zur Übernahme kirchlicher Ämter *befähigt*, für die er erforderlich ist; das gilt insbesondere für den Unterricht in theologischen Fächern an den Fakultäten, den Priesterseminarien und den gleichrangigen Instituten.

§ 2. Condiciones implendae ad singulorum graduum agnitionem, de qua in art. 9 Constitutionis Apostolicae, praeter consensum Auctoritatis Ecclesiasticae localis vel regionalis, respicient imprimis collegium docentium, rationem studiorum atque subsidia scientifica.

§ 3. Gradus ad quosdam tantum effectus canonicos agniti numquam gradibus canonicis simpliciter aequiparentur.

Titulus II

De Communitate Academica eiusque regimine

(Const. Apost., art. 11-21)

Art. 8. Ad Magni Cancellarii munus pertinet:

1° Universitatem vel Facultatem constanter provehere, scientificam navitatem promovere et curare, ut doctrina catholica integra servetur atque Statuta et praescripta Sanctae Sedis fideliter impleantur;

2° communionem fovere inter omnia communitatis membra;

3° proponere Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica nomina sive illius, qui Rector vel Praeses nominandus vel confirmandus sit, sive docentium, pro quibus declaratio „Nihil obstat“ postuletur;

4° professionem fidei Rectoris vel Praesidis accipere;

§ 2. Die Bedingungen, die für die Anerkennung der einzelnen unter Art. 9 der Konstitution erwähnten Grade zu erfüllen sind, betreffen, nebst der Gutheißung der örtlichen oder regionalen kirchlichen Autorität, in erster Linie den Lehrkörper, den Studienplan und die wissenschaftlichen Hilfsmittel.

§ 3. Die nur für bestimmte kanonische Wirkungen anerkannten Grade sind niemals den kanonischen Graden schlechthin gleichzustellen.

Titel II

Struktur der Universitätsgemeinschaft

(Apost. Konst., Art. 11-21)

Art. 8. Dem Großkanzler obliegt es:

1. für einen ständigen Fortschritt der Universität oder Fakultät Sorge zu tragen; die wissenschaftliche Tätigkeit zu fördern und über die Integrität des katholischen Lehrgutes sowie über die treue Beobachtung der Statuten und der vom Heiligen Stuhl erlassenen Normen zu wachen;

2. enge Beziehungen zwischen allen Gliedern der akademischen Gemeinschaft zu fördern;

3. der Kongregation für das katholische Bildungswesen den Namen dessen vorzuschlagen, der als Rector bzw. Präses zu ernennen bzw. zu bestätigen ist, und ebenso die Namen der Dozenten, für die das „Nihil obstat“ einzuholen ist;

4. die Professio Fidei des Rektors oder Präses entgegenzunehmen;

5° veniam docendi vel missionem canonicam docentibus conferre vel auferre ad normam Constitutionis;

6° Sacram Congregationem pro Institutione Catholica de rebus gravioribus certiore facere, eique singulis trienniis accuratam relationem de statu academico, morali et oeconomico Universitatis vel Facultatis mittere.

Art. 9. Si Universitas vel Facultas ex auctoritate collegiali pendeat (v.g. e Conferentia Episcopali), aliquis ex ea designetur, qui munus Magni Cancellarii exercent.

Art. 10. Ordinarius loci, qui non sit Magnus Cancellarius, eo quod vitae pastoralis in sua dioecesi *responsabilitatem* habet, cum comperit quaedam in Universitate vel Facultate fieri contra doctrinam vel mores vel ecclesiasticam disciplinam, Magnum Cancellarium certiore faciat ut provideat; si Magnus Cancellarius non providerit, patet recursus ad Sanctam Sedem, salva obligatione per se providendi in casibus gravioribus et urgentioribus, qui periculum afferant dioecesi ipsius.

Art. 11. Quae in art. 19 Constitutionis statuuntur, a singulis Facultatibus in propriis Statutis explicanda sunt, maius momentum pro opportunitate tribuendo vel regimini collegiali vel regimini personali, dummodo utraque forma servetur, ratione habita praxis universitatum regionis, in qua Facultas sit, vel Instituti religiosi, ad quod Facultas pertineat.

Art. 12. Praeter Consilium Universitatis (Senatum Academicum)

men;

5. den Normen der Konstitution entsprechend den Dozenten die Lehrgenehmigung oder „Missio canonica“ zu erteilen bzw. zu entziehen;

6. die Kongregation für das katholische Bildungswesen über die wichtigeren Ereignisse zu informieren und ihr alle drei Jahre einen detaillierten Bericht über die Lehr- und sonstige Tätigkeit der Universität oder Fakultät sowie über ihre finanzielle Lage vorzulegen.

Art. 9. Wenn die Universität oder Fakultät einer kollegialen Autorität (z. B. der Bischofskonferenz) untersteht, muß eine ihr angehörende Persönlichkeit mit dem Amt des Großkanzlers betraut werden.

Art. 10. Sollte der Ortsordinarius, ohne Großkanzler zu sein, als *Verantwortlicher* für die Pastoral in seiner Diözese von Vorfällen an der Universität oder Fakultät Kenntnis erhalten, die der Lehre, der Moral oder der Disziplin der Kirche widersprechen, muß er davon den Großkanzler in Kenntnis setzen, damit er entsprechend einschreite; sollte der Kanzler dies nicht tun, steht es ihm frei, sich an den Hl. Stuhl zu wenden, wobei seine Verpflichtung aufrecht bleibt, in besonders schwerwiegenden oder dringenden Fällen, die eine Gefahr für seine Diözese darstellen, direkt die nötigen Schritte zu unternehmen.

Art. 11. Was unter Art. 19 der Konstitution ausgeführt wird, muß in den Statuten der einzelnen Fakultäten festgelegt werden, wobei den Umständen entsprechend entweder auf die persönliche oder auf die kollegiale Leitung größeres Gewicht gelegt werden kann, vorausgesetzt, daß beide Arten möglich bleiben, je nachdem, wie es den Gepflogenheiten der Universitäten der Region entspricht, in denen sich die betreffende Fakultät befindet, oder denen des Ordens oder der Kongregation, welcher die Fakultät zugehört.

Art. 12. Außer dem akademischen Senat und dem Fakultätsrat –

et Consilium Facultatis, quae etsi diverso nomine ubique habentur, opportune Statuta definire possunt specialia Consilia vel Commissiones rebus scientificis, paedagogicis, disciplinaribus, oeconomicis, etc. expediendis et provehendis.

Art. 13. § 1. In Constitutione Rector dicitur, qui praeest Universitati; Praeses, qui praeest Instituto vel Facultati sui iuris; Decanus, qui praeest Facultati, quae sit pars Universitatis.

§ 2. In Statutis determinandum est, ad quod tempus ii nominentur (v. g. ad triennium) et quomodo et quoties in munere confirmari possint.

Art. 14. Ad Rectoris vel Praesidis munus pertinet:

1° totam communitatis academicae navitatem dirigere, promovere ac coordinare;

2° Universitatem vel Institutum Facultatemve sui iuris repraesentare;

3° convocare Consilia Universitatis vel Instituti Facultatisve sui iuris eisque praesidere ad normam Statutorum;

4° administrationi temporali prospicere;

5° ad Magnum Cancellarium de rebus gravioribus referre;

6° ad Sacram Congregationem pro Institutione Catholica quotannis rationarium seu summarium *statisticum*, secundum schema eiusdem Sacrae Congregationis, mittere.

Art. 15. Ad Decanum Facultatis pertinet:

1° navitatem Facultatis, praesertim circa studia, promovere et coordinare, eiusque necessitatibus tempestive providere;

2° convocare Consilium Facultatis eique praesidere;

die beide, wenn auch unter anderem Namen, überall bestehen müssen – können die Statuten auch, wenn angebracht, andere besondere Räte oder Kommissionen zur Erledigung und Förderung der wissenschaftlichen, pädagogischen, disziplinarischen, wirtschaftlichen Belange usw. vorsehen.

Art. 13. § 1. Der Konstitution gemäß ist Rector, wer der Universität, Präses, wer einem Institut oder einer Fakultät „sui iuris“ und Dekan, wer einer Universitätsfakultät vorsteht.

§ 2. In den Statuten ist der Zeitraum festzulegen, für den diese ernannt werden müssen (z. B. für drei Jahre), wie die Ernennung erfolgt und wie oft die Amtsträger bestätigt werden können.

Art. 14. Dem Rector oder Präses steht es zu:

1. die gesamte Aktivität der akademischen Gemeinschaft zu leiten, zu fördern und zu koordinieren;

2. die Universität, das Institut oder die Fakultät „sui iuris“ zu vertreten;

3. den akademischen Senat, den Instituts- oder Fakultätsrat (bei Fakultäten „sui iuris“) einzuberufen und in ihm den Statuten entsprechend den Vorsitz zu führen;

4. die wirtschaftliche Verwaltung zu überwachen;

5. den Großkanzler über die wichtigeren Ereignisse zu informieren;

6. der Kongregation für das katholische Bildungswesen den von ihr herausgegebenen Richtlinien entsprechend jährlich *Statistiken* vorzulegen.

Art. 15. Dem Dekan einer Fakultät kommt es zu:

1. die gesamte Tätigkeit der Fakultät zu fördern und zu koordinieren, insbesondere was die Studien betrifft, und rechtzeitig für all ihre Erfordernisse Sorge zu tragen;

2. den Fakultätsrat einzuberufen und bei seinen Versammlungen den Vorsitz zu führen;

3° studentes, nomine Rectoris, admittere vel excludere ad normam Statutorum;

4° referre ad Rectorem, quae a Facultate fiant vel proponantur;

5° exsequenda curare, quae ab Auctoritatibus superioribus statuta sint.

Titulus III

De Docentibus

(Const. Apost., art. 22-30)

Art. 16. § 1. Docentes stabiliter Facultati adscripti sunt ii imprimis, qui pleno ac firmo iure cooptati sunt et vocari solent Ordinarii; proxime accedunt Extraordinarii; alii quoque utiliter haberi possunt, secundum universitatum praxim.

§ 2. Praeter docentes stabiles alii haberi solent, vario nomine designati, in primis qui ex aliis Facultatibus invitantur.

§ 3. Assistentes denique opportune habentur ad peculiaria munera academica implenda, qui congruenti titulo praediti sint oportet.

Art. 17. Doctoratus congruens intellegitur secundum disciplinam, quam quis docere debet. Si de disciplina sacra agatur vel cum ea

3. im Namen des Rektors die Studenten den Statuten gemäß zuzulassen oder auszuschließen;

4. dem Rektor zu berichten, was sich an der Fakultät ereignet und was von ihr vorgeschlagen wird;

5. dafür Sorge tragen, daß die Anordnungen der vorgesetzten Behörden befolgt werden.

Titel III

Lehrkörper

(Apost. Konst., Art. 22-30)

Art. 16. § 1. Die der Fakultät fest zugeteilten Dozenten sind in erster Linie jene, die dort definitiv angestellt wurden und für gewöhnlich als Ordinarien bezeichnet werden; ihnen kommen zunächst die außerordentlichen Professoren; darüber hinaus kann es nach den Gepflogenheiten der Universitäten, noch andere Kategorien geben.

§ 2. Außer dem definitiv angestellten Lehrkörper gibt es in der Regel noch andere Dozenten, die mit verschiedenen Namen bezeichnet werden, vor allem Gastprofessoren aus anderen Fakultäten.

§ 3. Für die Erfüllung bestimmter Aufgaben im akademischen Bereich ist auch das Vorhandensein von Assistenten vorteilhaft, die über ein facheinschlägiges Diplom verfügen müssen.

Art. 17. Als facheinschlägiges Doktorat bezeichnet man jenes, das der zu lehrenden Disziplin entspricht. Wenn es sich um ein theo-

conexa, oportet ut Doctoratus sit gradus canonicus: si Doctoratus non sit canonicus, ordinarie requiritur saltem Licentia canonica.

Art. 18. Docentibus acatholicis, cooptatis secundum normas competentis Auctoritatis Ecclesiasticae,¹ datur a Magno Cancellario venia docendi.

Art. 19. § 1. Statuta indicent quando habeatur collatio muneris stabilis, respectu declarationis „Nihil obstat“ obtinendae ad normam art. 27 Constitutionis.

§ 2. „Nihil obstat“ Sanctae Sedis est declaratio nullum officere impedimentum, ad normam Constitutionis atque peculiarium Statutorum, nominationi propositae. Cum vero aliquod impedimentum sit, id cum Magno Cancellario communicetur, qui docentem de eo audiet.

§ 3. Si peculiaria adiuncta temporis vel loci impediunt, ne declaratio „Nihil obstat“ Sanctae Sedis petatur, Magnus Cancellarius cum Sacra Congregatione pro Institutione Catholica consilia inquit de opportuna solutione invenienda.

§ 4. In Facultatibus sub peculiari iure concordatario positae serventur normae pro tempore vigentes.

Art. 20. Temporis intervallum ad promotionem requisitum, quod saltem triennium esse debet, in Statutis determinandum est.

Art. 21. § 1. Docentes, imprimis stabiles, operam inter se sociare

¹ Cfr. Directorium ad ea quae a Conc. Vat. II de re oecumenica promulgata sunt exsequenda, Pars altera: AAS 62 (1970), pp. 705 ss.

logisches oder ein mit einem solchen verbundenes Fach handelt, ist ein kanonisches Doktorat notwendig; andernfalls ist in der Regel mindestens das kanonische Lizentiat erforderlich.

Art. 18. Den nichtkatholischen Dozenten, die nach den Normen der zuständigen Autorität ernannt wurden¹, wird die Lehrbefugnis vom Großkanzler erteilt.

Art. 19. § 1. Die Statuten müssen festlegen, wann ein Auftrag als dauerhaft zu betrachten ist, und zwar im Hinblick auf das „Nihil obstat“, das gemäß Art. 27 der Konstitution verlangt wird.

§ 2. Das „Nihil obstat“ des Hl. Stuhles ist die Erklärung, daß nach der Konstitution und den besonderen Statuten der vorgeschlagenen Ernennung nichts im Wege steht. Sollte ein Hindernis bestehen, ist dieses dem Großkanzler mitzuteilen, der den betreffenden Dozenten über die Angelegenheit hören wird.

§ 3. Sollten es besondere zeitliche oder örtliche Umstände nicht gestatten, das „Nihil obstat“ des Hl. Stuhles einzuholen, hat der Großkanzler mit der Kongregation für das katholische Bildungswesen in Verbindung zu treten, um eine entsprechende Lösung zu finden.

§ 4. Die Fakultäten, die besonderen, in einem Konkordat festgelegten Vereinbarungen unterstehen, haben dessen Normen zu beobachten.

Art. 20. Der für die Beförderung erforderliche Zeitabstand, der wenigstens drei Jahre betragen muß, ist in den Statuten festzulegen.

Art. 21. § 1. Die Dozenten, insbesondere die definitiv angestellten,

¹ Vgl. Direktorium über den Ökumenismus: AAS 62 (1970) 705 ff.

studeant. Suadetur quoque cooperatio cum docentibus aliarum Facultatum, praesertim quoad disciplinas, quae affines vel conexas sint.

§ 2. Nemo potest simul esse docens stabilis in duabus Facultatibus.

Art. 22. § 1. In Statutis accurate definiatur ratio procedendi cum de suspensione vel dimissione docentis agatur, praesertim ob causas doctrinam respicientes.

§ 2. Curandum est ut imprimis res privatim componatur inter Rectorem vel Praesidem vel Decanum et ipsum docentem. Si non componatur, res opportune tractetur a Consilio vel Commissione competenti, ita ut prima facti examinatio in ipso Universitatis vel Facultatis gremio fiat. Si non sufficiat, res deferatur ad Magnum Cancellarium, qui cum viris peritis, sive Universitatis vel Facultatis sive externis, rem consideret, ut opportune provideat. Patet vero recursus ad Sanctam Sedem, ut res definitive solvatur, data semper docenti facultate causam suam explicandi et defendendi.

§ 3. Attamen, in casibus gravioribus vel urgentioribus, ut studentium et fidelium bono provideatur, Magnus Cancellarius docentem ad tempus suspendat, donec ordinaria ratio procedendi concludatur.

Art. 23. Presbyteri dioecesani et Religiosi iisve in iure equiparati ut Facultatis docentes fiant et maneant, indigent consensu proprii Ordinarii Dioecesani aut Superioris, servatis normis a competenti

sollen untereinander zusammenarbeiten. Darüber hinaus wird die Zusammenarbeit mit Dozenten anderer Fakultäten empfohlen, insbesondere mit solchen, die ähnliche oder miteinander in Verbindung stehende Fächer unterrichten.

§ 2. Eine gleichzeitige Lehrtätigkeit als festangestellter Professor an zwei verschiedenen Fakultäten ist unmöglich.

Art. 22. § 1. In den Statuten ist sorgfältig festzulegen, wie im Fall der Suspendierung oder Entlassung eines Dozenten vorzugehen ist, insbesondere wenn es sich dabei um eine Maßnahme aus doktrinen Gründen handelt.

§ 2. Dabei soll vor allem eine Regelung der Frage durch persönliches Einvernehmen zwischen dem Rektor oder Präses oder Dekan und dem betreffenden Dozenten versucht werden. Sollte auf diese Weise kein Einverständnis erzielt werden, möge die Angelegenheit in entsprechender Weise vom zuständigen Rat behandelt werden, damit die erste Überprüfung des Falles innerhalb der Universität oder Fakultät erfolge. Wenn das nicht genügt, möge der Fall dem Großkanzler überantwortet werden, der gemeinsam mit Experten der Universität oder Fakultät oder mit Außenstehenden den Fall zu prüfen hat, um die entsprechenden Maßnahmen zu ergreifen. Die Möglichkeit eines Rekurses beim Hl. Stuhl für eine endgültige Beilegung des Falles bleibt offen, da der Dozent immer die Möglichkeit hat, seine Sache darzulegen und zu verteidigen.

§ 3. Nichts destoweniger möge der Großkanzler in besonders schwerwiegenden oder dringenden Fällen zum Wohl der Studenten und der Gläubigen den Dozenten „ad tempus“ suspendieren, bis das ordentliche Verfahren abgeschlossen ist.

Art. 23. Die Diözesanpriester und die Angehörigen aller Orden und Kongregationen sowie die ihnen rechtlich Gleichgestellten müssen, um in den Lehrkörper einer Fakultät aufgenommen zu werden und um dort verbleiben zu können, die Zustimmung ihres

Auctoritate Ecclesiastica de hac re editis.

Titulus IV

De Studentibus

(Const. Apost., art. 31-35)

Art. 24. § 1. Legitimum testimonium ad normam art. 31 Constitutionis:

1° de vitae moribus, pro clericis et sacrorum alumnis datur a proprio Ordinario vel ab eius delegato; pro ceteris a persona ecclesiastica;

2° de studiis praevis est studiorum titulus, qui requiritur ad normam art. 32 Constitutionis.

§ 2. Cum studia ad Universitatem ingrediendam requisita in variis nationibus inter se differant, Facultas ius et officium habet examinandi an omnes disciplinae traditae sint, quae ab ipsa Facultate necessariae habentur.

Ortsordinarius oder Oberen erlangen, gemäß den hierfür von der zuständigen kirchlichen Behörde festgelegten Normen.

Titel IV

Studenten

(Apost. Konst., Art. 31-35)

Art. 24. § 1. Das in Art. 31 vorgeschriebene Zeugnis:

1. wird, was die sittliche Lebensführung betrifft, für die Priesteramtskandidaten und die Kleriker von ihrem Ordinarius oder seinem Beauftragten, die übrigen von einer kirchlichen Stelle ausgestellt;

2. ist, was die bereits absolvierten Studien betrifft, das gemäß Art. 32 der Konstitution vorgeschriebene Diplom.

§ 2. Da die für die Zulassung zur Universität vorgeschriebenen Studien je nach Nation verschieden sind, hat die Fakultät das Recht und die Pflicht zu ermitteln, ob alle für die betreffende Fakultät erforderlichen Gegenstände unterrichtet worden sind.

§ 3. Congrua linguae Latinae cognitio in Facultatibus scientiarum sacrarum requiritur, ut studentes harum scientiarum fontes et Ecclesiae documenta intellegere atque adhibere possint.²

§ 4. Quod si qua disciplina nullo modo vel non satis tradita sit, Facultas exigit ut eius studium suppleatur tempore opportuno et examini satisfiat.

Art. 25. § 1. Praeter studentes ordinarios, seu qui ad gradus academicos contendunt, admitti possunt studentes extraordinarii secundum normas in Statutis determinatas.

§ 2. Studens uni tantum Facultati ut ordinarius adscribi potest.

Art. 26. Transitus studentis ab una ad aliam Facultatem tantum initio anni academici vel semestris fieri potest, accurate quidem perpenso eiusdem statu academico et disciplinari; ita vero ut nemo ad gradum academicum admittatur nisi omnia absolverit, quae ad illum gradum consequendum secundum Facultatis Statuta requirantur.

Art. 27. In normis determinandis ad suspensionem vel exclusionem studentis a Facultate in tuto ponatur ius studentis sese defendendi.

² Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Institutione sacerdotali Optatam totius, n. 13: AAS 58 (1966), p. 721, et Pauli VI Chirographum Romani Sermonis: AAS 68 (1976), pp. 481 s.

§ 3. Für die theologischen Fakultäten ist eine entsprechende Kenntnis der lateinischen Sprache erforderlich, damit die Studenten in der Lage sind, die Quellen der theologischen Wissenschaften und die Dokumente der Kirche zu verstehen und zu verwenden.²

§ 4. Sollten bestimmte Gegenstände nicht oder nur unzulänglich unterrichtet worden sein, muß die Fakultät ein rechtzeitiges Nachholstudium und die Ablegung einer Prüfung fordern.

Art. 25. § 1. Neben den ordentlichen Studenten, die auf die Erlangung eines akademischen Grades abzielen, können, den in den Statuten festgelegten Normen entsprechend, auch außerordentliche Studenten zugelassen werden.

§ 2. Ein Student kann nur an einer Fakultät als ordentlicher Hörer eingeschrieben sein.

Art. 26. Der Übertritt eines Studenten von einer Fakultät in eine andere kann nur zu Beginn des Studienjahres oder des Semesters erfolgen und nur nach eingehender Überprüfung seines akademischen und disziplinären Status. Auf keinen Fall kann zur Erlangung eines akademischen Grades zugelassen werden, wer nicht alle dafür erforderlichen Studien den Statuten der Fakultät entsprechend absolviert hat.

Art. 27. Die Normen für die Suspendierung eines Studenten oder seinen Ausschluß aus der Fakultät sollen seinem Recht, sich zu verteidigen, Rechnung tragen.

² Vgl. II. Vatikanisches Konzil, Dekret über die Ausbildung der Priester Optatam totius, 13: AAS 58 (1966) 721, und das Handschreiben Pauls VI. Romani sermonis: AAS 68 (1976) 481 f.

Titulus V

De Officialibus et Administris

(Const. Apost., art. 36-37)

Art. 28. In Statutis vel alio congruo Universitatis vel Facultatis documento tum Officialium tum Administrorum iura et officia determinantur, eorumque participatio in vita communitatis universitariae.

Titulus VI

De Ratione Studiorum

(Const. Apost., art. 38-45)

Art. 29. Statuta singularum Facultatum definiant, quae disciplinae (principales et auxiliares) obligatoriae sint et ab omnibus frequentandae, quae vero liberae seu *optionales*.

Art. 30. Pariter definiant Statuta exercitationes et seminaria, quibus studentes non tantum interesse debeant, sed etiam communium sodalibus labore et propriis commentationibus operam dare.

Art. 31. Lectionum et exercitationum distributio apte ordinetur, ita

Titel V

Verwaltungskräfte

(Apost. Konst., Art. 36-37)

Art. 28. In den Statuten oder einem anderen entsprechenden Dokument der Universität oder Fakultät sollen die Rechte und Pflichten der Beamten und Angestellten und ihre Teilnahme am Leben der Universitätsgemeinschaft festgehalten werden.

Titel VI

Studienordnung

(Apost. Konst., Art. 38-45)

Art. 29. Die Statuten der einzelnen Fakultäten müssen festlegen, welche Fächer (Haupt- und Nebenfächer) für alle verpflichtend sind und welche hingegen *zur freien Wahl* stehen.

Art. 30. Ebenso müssen die Statuten die Übungen und Seminarien festlegen, an denen die Studenten nicht nur teilzunehmen, sondern gemeinsam mit den Kollegen aktiv sich zu beteiligen und für die sie schriftliche Seminararbeiten zu liefern haben.

Art. 31. Vorlesungen und Übungen mögen zeitlich so eingeteilt

ut studium privatum et labor personalis sub docentium ductu serio foveatur.

Art. 32. § 1. Determinent quoque Statuta, qua ratione examinatores iudicium de candidatis significare debeant.

§ 2. In iudicio ultimo de candidatis ad singulos gradus academicos, ratio habeatur omnium suffragiorum, quae in variis experimentis eiusdem cycli, sive scripto sive ore factis, tulerint.

§ 3. In examinibus ad gradus, praesertim ad Doctoratum, etiam docentes externi utiliter invitari possunt.

Art. 33. Statuta ea quoque indicent studiorum curricula, quae in Facultate ad peculiare fines stabiliter instituta sint, et diplomata, quae conferantur.

Titulus VII

De Gradibus Academicis

(Const. Apost., art. 46-51)

Art. 34. In Universitatibus vel Facultatibus Ecclesiasticis canonice erectis vel approbatis gradus academici conferuntur nomine Summi Pontificis.

Art. 35. Statuta determinent peculiaria requisita ad dissertationem doctoralem conficiendam, et normas de eiusdem publica defen-

werden, daß privates Studium und persönliche Arbeit unter der Leitung der Dozenten die gebührende Förderung erfahren.

Art. 32. § 1. Die Statuten sollen auch festlegen, auf welche Weise die Prüfer ihr Urteil über die Kandidaten zum Ausdruck zu bringen haben.

§ 2. Beim abschließenden Urteil über die Anwärter auf akademische Grade sollen auch die Noten der schriftlichen und mündlichen Prüfungen des gleichen Studienzyklus berücksichtigt werden.

§ 3. Zu den Prüfungen für die Verleihung der akademischen Grade, insbesondere des Doktorats, kann es sich empfehlen, auch auswärtige Professoren einzuladen.

Art. 33. Die Statuten sollen auch die Curricula festlegen, die an der betreffenden Fakultät für bestimmte Ziele fest eingerichtet sind, sowie die dafür zu verleihenden Diplome.

Titel VII

Akademische Grade

(Apost. Konst. Art. 46-51)

Art. 34. An den kanonisch errichteten oder anerkannten kirchlichen Universitäten oder Fakultäten werden die akademischen Grade im Namen des Papstes verliehen.

Art. 35. Die Statuten müssen die für die Ausarbeitung der Dissertation erforderlichen Bedingungen sowie die Normen für ihre öf-

sione atque editione.

Art. 36. Exemplar dissertationum, quae publici iuris factae sint, mittatur ad Sacram Congregationem pro Institutione Catholica. Suadetur ut mittatur etiam ad Facultates Ecclesiasticas de iisdem scientiis agentes, saltem propriae regionis.

Art. 37. Documentis authenticis de collatis gradibus academicis subscribatur ab Auctoritatibus Academicis secundum Statuta necnon a Secretario Universitatis vel Facultatis, cuius etiam sigillum iisdem apponatur.

Art. 38. Doctoratus „ad honorem“ ne conferatur nisi Magnus Cancellarius, habita declaratione „Nihil obstat“ Sanctae Sedis atque audito Universitatis vel Facultatis Consilio, consenserit.

Titulus VIII

De rebus didacticis

(Const. Apost., art. 52-55)

Art. 39. Universitas vel Facultas auditoria habeat vere apta et decora, quae disciplinis tradendis et studentium numero accommodata sint.

Art. 40. Bibliotheca consultationis praesto sit, in qua inveniuntur opera praecipua ad opus scientificum tum docentium tum studen-

fentliche Verteidigung und Veröffentlichung festlegen.

Art. 36. Ein Exemplar der veröffentlichten Dissertation muß der Kongregation für das katholische Bildungswesen vorgelegt werden. Darüber hinaus wird empfohlen, ein Exemplar an die kirchlichen Fakultäten – zumindest an die des gleichen Gebietes – zu senden, die sich mit demselben Wissenschaftszweig beschäftigen.

Art. 37. Die authentischen Dokumente über die Verleihung der akademischen Grade sind den Statuten gemäß von den akademischen Behörden und außerdem vom Sekretär der Universität oder Fakultät zu unterschreiben; auch müssen sie den Stempel der Universität oder Fakultät tragen.

Art. 38. Ein Doktorat „honoris causa“ kann nicht ohne Zustimmung des Großkanzlers verliehen werden, der vorher das „Nihil obstat“ des Hl. Stuhles und die Meinung des Universitäts- oder Fakultätsrats einzuholen hat.

Titel VIII

Lehrmittel

(Apost. Konst., Art. 52-55)

Art. 39. Die Universität oder Fakultät muß über wirklich funktionelle und würdige Räumlichkeiten verfügen, die dem Unterricht in den verschiedenen Fächern und der Zahl der Studenten angepaßt sind.

Art. 40. Eine Bibliothek muß zur Verfügung stehen, in der sowohl die Studenten als auch die Dozenten in die wichtigsten, für ihre

tium necessaria.

Art. 41. Bibliothecae normae ita statuuntur ut eius accessus et usus imprimis docentibus et studentibus facile pateant.

Art. 42. Foveantur quoque cooperatio et coordinatio inter bibliothecas eiusdem urbis et regionis.

Titulus IX

De rebus oeconomicis

(Const. Apost., art. 56-59)

Art. 43. Ad administrationem in bono statu servandam, curent Auctoritates ut statis temporibus certiores reddantur de re oeconomica, et haec periodicae recognitioni accurate subiciatur.

Art. 44. § 1. Opportunis modis provideatur ne tributorum normae aditum ad gradus academicos illis studentibus praecludant, qui, claro ingenio praediti, spem faciant se Ecclesiae valde utiles esse futuros.

§ 2. Quare curandum est ut particularia constituentur beneficia scholastica, vario nomine appellata (bursae, pensiones, stipendia, etc.), in studentes adiuvandos eroganda.

wissenschaftliche Arbeit nötigen Werke Einsicht nehmen können.

Art. 41. Die für die Bibliothek aufgestellten Normen sollen Dozenten und Studenten den Zutritt und Gebrauch möglichst weitgehend erleichtern.

Art. 42. Die Zusammenarbeit und Koordinierung mit den anderen Bibliotheken der gleichen Stadt oder Gegend soll gefördert werden.

Titel IX

Wirtschaftliche Belange

(Apost. Konst. Art. 56-59)

Art. 43. Im Interesse einer reibungslosen Verwaltungsarbeit soll es die Leitung der Hochschule nicht unterlassen, sich regelmäßig über die finanzielle Lage zu informieren und diese zu festgesetzten Zeitpunkten einer genauen Kontrolle zu unterziehen.

Art. 44. § 1. Auf entsprechende Weise ist dafür zu sorgen, daß die Gebührenordnung nicht jene Studenten, die aufgrund ihrer besonderen Begabung zur berechtigten Hoffnung Anlaß geben, sie könnten von großem Nutzen für die Kirche werden, von der Erwerbung akademischer Grade abhält.

§ 2. Deshalb ist für die Bereitstellung besonderer Studienbeihilfen, die unter verschiedenen Namen (Stipendien, Ausbildungsquoten, usw.) bedürftigen Studenten zugeteilt werden, Sorge zu tragen.

Titulus X

De Facultatum praestituta distributione et cooperatione

(Const. Apost., art. 60-64)

Art. 45. § 1. Cum de nova Universitate vel Facultate erigenda agatur, oportet ut:

- a) ostendatur necessitatem vel veram utilitatem adesse, cui satisfieri nequeat per affiliationem vel aggregationem vel incorporationem;
- b) praesto sint necessaria requisita, quorum praecipua sunt:

1° docentium stabiliter addictorum numerus et qualitas secundum naturam et postulata Facultatis;

2° studentium congruus numerus;

3° bibliotheca aliaque subsidia scientifica et auditoria;

4° subsidia oeconomica Universitati vel Facultati vere sufficientia;

c) exhibeantur Statuta, cum Ratione Studiorum, praesenti Constitutioni et Ordinationibus accommodata.

§ 2. Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, audita sententia tum Conferentiae Episcopalis, praesertim sub aspectu pastoralis, tum virorum peritorum, praecipue ex vicinioribus Facultatibus,

Titel X

Planung und Zusammenarbeit der Fakultäten

(Apost. Konst., Art. 60-64)

Art. 45. § 1. Wenn eine neue Universität oder Fakultät errichtet werden soll, ist erforderlich, daß

- a) eine Notwendigkeit oder wirkliche Nützlichkeit vorliegt, der nicht durch Affiliation, Aggregation oder Inkorporation Genüge getan werden kann;
- b) die notwendigen Voraussetzungen bestehen, deren wichtigste sind:

1) eine der Natur und den Erfordernissen der Fakultät entsprechende Zahl festangestellter und ausreichend qualifizierter Dozenten;

2) eine genügende Anzahl von Studenten;

3) eine Bibliothek, die anderen wissenschaftlichen Hilfsmittel und die erforderlichen Räumlichkeiten;

4) die für eine Universität oder Fakultät wirklich ausreichenden finanziellen Mittel.

c) Statuten und Studienordnung vorgelegt werden, die dieser Konstitution und den Durchführungsverordnungen entsprechen.

§ 2. Die Kongregation für das katholische Bildungswesen entscheidet – nachdem sie die Meinung der Bischofskonferenz, vor allem was den pastoralen Gesichtspunkt, und von Experten insbe-

sub aspectu potius scientifico, decernet de opportunitate novae erectionis; quae communiter ad experimentum fiet per congruum tempus, antequam definitive confirmetur.

Art. 46. Cum autem de Universitate vel Facultate approbanda agatur, opus est:

- a) tum Conferentiae Episcopalis tum Auctoritatis dioeceseos consensus adsint;
- b) condiciones in superiore art. 45 § 1 sub b) et c) statutae impleantur.

Art. 47. Condiciones affiliationis respiciunt praesertim docentium numerum et qualitatem, rationem studiorum, bibliothecam atque officium Facultatis affiliantis adsistendi Instituto affiliato; ideoque communiter Facultas affilians et Institutum affiliatum in eadem natione vel regione culturali sint oportet.

Art. 48. § 1. Aggregatio est coniunctio cum Facultate alicuius Instituti, quod primum et secundum cyclum complectatur, ad respondententes gradus academicos per Facultatem consequendos.

§ 2. Incorporatio est insertio in Facultatem alicuius Instituti, quod secundum vel tertium vel utrumque cyclum complectatur, ad respondententes gradus academicos per Facultatem consequendos.

§ 3. Aggregatio et Incorporatio decerni nequeunt nisi agatur de Instituto peculiariter instructo ad illos gradus consequendos, ita ut certa spes sit fore ut ex eius conexione cum Facultate optatus finis vere obtineatur.

sondere der nächstliegenden Fakultäten, was die wissenschaftlichen Aspekte betrifft, eingeholt hat –, ob eine solche Neugründung angebracht ist. Diese wird für gewöhnlich zunächst nur für eine bestimmte Zeit „ad experimentum“ erlaubt, bevor ihr die endgültige Anerkennung erteilt wird.

Art. 46. Wenn es sich um die Approbation einer Universität oder Fakultät handelt, ist es notwendig:

- a) daß die Zustimmung sowohl der Bischofskonferenz wie auch des Ordinarius loci vorliegt;
- b) daß die im vorausgehenden Art. 45 § 1 b) und c) festgelegten Bedingungen erfüllt sind.

Art. 47. Die für eine Affiliation erforderlichen Bedingungen betreffen vor allem die Zahl und Qualifizierung der Dozenten, die Studienordnung, die Bibliothek und die Verpflichtung der Fakultät, die diese Affilierung vornimmt, das affiliierte Institut zu unterstützen; die affiliiierende Fakultät und das affiliierte Institut sollen daher normalerweise derselben Nation oder dem gleichen Kulturkreis angehören.

Art. 48. § 1. Die Aggregation ist die Verbindung eines Instituts, das über den ersten und den zweiten Studienzyklus verfügen muß, mit einer Fakultät, damit durch diese Fakultät die Verleihung der entsprechenden akademischen Grade möglich werde.

§ 2. Die Inkorporation hingegen ist die Einfügung eines Instituts, das den zweiten oder den dritten oder beide Zyklen umfaßt, in eine Fakultät, damit durch diese Fakultät die Verleihung der entsprechenden akademischen Grade möglich werde.

§ 3. Aggregation und Inkorporation sind nicht möglich, wenn das betreffende Institut für die Erlangung dieser akademischen Grade nicht eingerichtet ist; es muß vielmehr die Hoffnung bestehen, daß durch seine Verbindung mit der Fakultät wirklich der gewünschte

Art. 49. § 1. Fovenda est cooperatio inter ipsas Facultates Ecclesiasticas, tum per mutuam docentium invitationem, tum per communicationem proprii operis scientifici, tum per communes investigationes provehendas in populi Dei utilitatem.

§ 2. Promovenda item est cooperatio cum aliis Facultatibus, etiam non catholicis, propria tamen identitate sedulo servata.

Zweck erreicht wird.

Art. 49. § 1. Die Zusammenarbeit zwischen den kirchlichen Fakultäten ist zu fördern, sei es durch gegenseitige Einladung der Dozenten, sei es durch Bekanntgabe der eigenen wissenschaftlichen Tätigkeit, sei es durch gemeinsame Forschungen zum Wohl des Volkes Gottes.

§ 2. Ebenso ist die Zusammenarbeit mit anderen Fakultäten, auch nichtkatholischen, zu fördern, wobei jedoch die eigene Identität sorgfältig zu bewahren ist.

PARS ALTERA

NORMAE SPECIALES

Titulus I

De Facultate Sacrae Theologiae

(Const. Apost., art. 66-74)

Art. 50. Disciplinae theologicae ita tradantur ut earum organicus nexus clare appareat et in luce ponantur variae rationes seu dimensiones, quae ad doctrinae sacrae indolem intrinsecus pertinent, sicuti imprimis sunt biblica, patristica, historica, liturgica et pastoralis. Studentes vero ducantur ad profundam materiae acquisitionem simulque ad personalem synthesim formandam, ad methodum inquisitionis scientificae comparandam atque idonei fiant ad sacram doctrinam apte exponendam.

ZWEITER TEIL

BESONDERE NORMEN

Titel I

Theologische Fakultät

(Apost. Konst., Art. 66-74)

Art. 50. Die theologischen Fächer sollen so unterrichtet werden, daß ihr innerer Zusammenhang klar hervortritt und die verschiedenen Dimensionen, die der Lehre der Kirche wesentlich zu eigen sind – es handelt sich hier vor allem um die biblischen, patristischen, historischen, liturgischen und pastoralen Fächer –, ins rechte Licht gerückt werden. Darüber hinaus müssen die Studenten zu einem tiefen Verständnis des Gegenstandes und gleichzeitig zu einer persönlichen Synthese sowie zur Kenntnis der Methoden wissenschaftlicher Forschung hingeführt werden, damit sie lernen, die Lehre der Kirche gebührend darzulegen.

Art. 51. Disciplinae obligatoriae sunt:

1° in primo cyclo:

a) Disciplinae philosophicae ad theologiam requisitae, quales sunt imprimis Philosophia systematica et historia philosophiae (antiqua, mediaevalis, moderna, hodierna). Methodus systematice docendi, praeter introductionem generalem, partes principales philosophiae complecti debet: 1) metaphysicam (philosophiam entis et theologiam naturalem), 2) philosophiam naturae, 3) philosophiam hominis, 4) philosophiam moralem et politicam, 5) logicam et philosophiam cognitionis.

Humanis scientiis exclusis, disciplinae stricte philosophicae (cfr *Ord.*, Art. 60, 1° a) sexaginta centesimas saltem partes constituent oportet creditorum ex primis duobus annis. Pro singulis annis requirendus est numerus creditorum quae respondeant spatio unius anni studiorum universitariorum pleno tempore.

Valde praeoptandum est ut cursus philosophici primis annis institutionis philosophicae-theologicae persolvantur. Haec philosophica studia, intuitu studiorum theologiae peracta, cum cursibus introductionis theologiae per hoc biennium coniungentur.

b) Disciplinae theologiae, nempe:

- Sacra Scriptura: introductio et exegesis;
- Theologia fundamentalis, ratione habita quaestionum de oecumenismo, de religionibus non christianis atque de atheismo;
- Theologia dogmatica;

Art. 51. Die Pflichtfächer sind:

1. im ersten Studienzyklus:

a) Die für das Studium der Theologie erforderlichen philosophischen Fächer, also vor allem die systematische Philosophie in ihren wichtigsten Teilen und die Philosophiegeschichte (antike, mittelalterliche, moderne, zeitgenössische). Die systematische Lehre soll, über eine allgemeine Einleitung hinaus, die grundlegenden Teile der Philosophie beinhalten: 1) Metaphysik (verstanden als Philosophie des Seins und der *Theologia naturalis*), 2) Naturphilosophie, 3) philosophische Anthropologie, 4) philosophische Ethik und politische Philosophie, 5) Logik und Erkenntnislehre.

Ohne die Humanwissenschaften sollen die streng philosophischen Disziplinen (vgl. *SapChrOrd* Art. 60, 1° a), wenigstens 60 % der Kreditpunkte in den ersten beiden Jahren ausmachen. In jedem einzelnen Jahr sollte eine angemessene Zahl von Kreditpunkten für ein volles universitäres Studienjahr vorgesehen werden.

Es ist sehr zu bevorzugen, die Kurse in Philosophie in den ersten beiden Jahren der philosophisch-theologischen Ausbildung zusammen zu fassen. Diese Philosophiestudien, die im Hinblick auf das Theologiestudium absolviert werden, sollten im Laufe der ersten beiden Jahre mit den Einführungskursen in die Theologie verbunden werden.

b) Die theologischen Fächer, also:

- die Heilige Schrift: Einführung und Exegese;
- die Fundamentaltheologie, unter Bezugnahme auf die Problematik des Ökumenismus, der nichtchristlichen Religionen und des Atheismus;
- die dogmatische Theologie;

- Theologia moralis et spiritualis;
- Theologia pastoralis;
- Liturgia;
- Historia ecclesiastica, Patrologia et Archaeologia;
- Ius Canonicum.

c) *Disciplinae auxiliares*, nempe quaedam scientiae hominis et, praeter linguam Latinam, linguae biblicae quatenus ad sequentes cyclos requirantur.

2° in secundo cyclo:

Disciplinae speciales, quae opportune in variis *sectionibus* instituantur secundum diversas *specializationes*, cum propriis exercitationibus et seminariis, quadam quoque commentatione conscripta.

3° in tertio cyclo:

Determinent Facultatis Statuta an et quanam *disciplinae speciales* tradendae sint, cum exercitationibus et seminariis.

Art. 52. In quinquennio institutionalis primi cycli sedulo curandum est ut omnes *disciplinae* eo ordine, amplitudine ac propria methodo tractentur ut harmonice et efficaciter ad finem conspirent tradendi studentibus solidam, organicam et completam institutionem in re theologica, qua apti fiant tum ad superiora studia in secundo cyclo prosequenda tum ad certa ecclesiastica munera rite exercenda.

Numerus professorum philosophiam docentium tres saltem attingat insignitos requisitis titulis philosophicis (cfr *Ord.*, Art. 17 et 61, b). Opus est ut isti sint stabiles, id est, pleno tempore dediti ad philosophiam docendam et ad investigationem in hoc ambitu exsequendam.

- die Moraltheologie und Spiritualität;
- die Pastoraltheologie;
- die Liturgie;
- die Kirchengeschichte, Patristik und Archäologie;
- das Kirchenrecht.

c) Die Nebenfächer, d. h. einige Zweige der Humanwissenschaften, die lateinische Sprache, die biblischen Sprachen, soweit sie für die nachfolgenden Studienzyklen erforderlich sind.

2. im zweiten Studienzyklus:

die zweckmäßig in *Sektionen* eingeteilten *Spezialfächer*, mit den entsprechenden Übungen und Seminarien, einschließlich einer schriftlichen Arbeit.

3. im dritten Studienzyklus:

Die Statuten der Fakultät sollen festlegen, ob besondere Fächer unterrichtet werden sollen und welche, mit den dazugehörigen Übungen und Seminarien.

Art. 52. In den fünf grundlegenden Studienjahren des ersten Zyklus ist gewissenhaft dafür Sorge zu tragen, daß alle Fächer systematisch, ausführlich und mit eigener Methode unterrichtet werden, damit sie auf harmonische und wirksame Weise zu einer soliden, organischen und vollständigen theologischen Bildung der Studenten beitragen und diese somit befähigen, sowohl ihr Studium im zweiten Zyklus fortzusetzen als auch die ihnen übertragenen kirchlichen Aufgaben gut zu erfüllen.

Die Zahl der Philosophie lehrenden Professoren soll mindestens drei betragen, die auch mit den erforderlichen philosophischen Titeln ausgestattet sind (vgl. *SapChrOrd* Art. 17 und 61 b). Sie sollen fest angestellt sein, das heißt sich in Vollzeit der Lehrtätigkeit in Philosophie und der Forschung auf diesem Gebiet wid-

Art. 53. Praeter examina vel aequipollentia experimenta de singulis disciplinis, in fine primi et secundi cycli habeatur vel examen comprehensivum vel aequipollens experimentum, quo studens comprobet se scientificam plenamque formationem acquisivisse, respectivo cyclo intentam.

Art. 54. Facultatis est determinare, quibus condicionibus studentes, qui sexenne curriculum philosophicum-theologicum in seminario vel alio instituto superiore approbato rite perfecerint, ad secundum cyclum admitti possint, ratione accurate habita studiorum iam peractorum et, prout res ferat, etiam peculiaribus cursibus et examinibus impositis.

men.

Art. 53. Außer den Examen oder gleichwertigen Prüfungen in den einzelnen Fächern soll am Ende des ersten und des zweiten Studienzyklus ein den ganzen Wissensstoff umfassendes Examen oder eine gleichwertige Prüfung stattfinden, durch die der Kandidat die Erlangung der in dem betreffenden Zyklus beabsichtigten vollständigen und wissenschaftlichen Ausbildung unter Beweis zu stellen hat.

Art. 54. Es obliegt der Fakultät festzulegen, unter welchen Bedingungen Studenten, die ein sechsjähriges philosophisch-theologisches Studium in einem Seminar oder an einer anderen anerkannten Hochschule absolviert haben, zum zweiten Zyklus zugelassen werden können, wobei sorgfältig auf die bereits vollzogenen Studien Rücksicht zu nehmen und, wenn nötig, der Besuch besonderer Kurse und die Ablegung von Ergänzungsprüfungen vorzuschreiben ist.

Titulus II

De Facultate Iuris Canonici

(Const. Apost., art. 75-78)

Art. 55. In Facultate Iuris Canonici, Latini vel Orientalis, curandum est ut tum historia et textus legum ecclesiasticarum tum earundem ratio et nexus modo scientifico exponantur.

Art. 56. Disciplinæ obligatoriae sunt:

1° in primo cyclo:

a) elementa philosophiæ: anthropologia philosophica; metaphysica; ethica;

b) elementa theologiæ: introductio in S. Scripturam; theologia fundamentalis: divina revelatio, eiusdemque transmissio et credibilitas; theologia trinitaria; christologia; tractatus de gratia; peculiari autem modo ecclesiologia, theologia sacramentalis generalis et specialis, theologia moralis fundamentalis et specialis;

c) institutiones generales iuris canonici;

d) lingua latina.

2° in secundo cyclo:

a) Codex Iuris Canonici vel Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium secundum omnes eorundem partes aliæque leges canonicæ;

b) disciplinæ conexæ: theologia iuris canonici; philosophia iuris; institutiones iuris romani; elementa iuris civilis; historia

Titel II

Kirchenrechtliche Fakultät

(Apost. Konst., Art. 75-78)

Art. 55. Es ist Aufgabe der Fakultät für lateinisches oder orientalisches Kirchenrecht, die Geschichte und die Texte der kirchlichen Gesetzgebung sowie ihr Wesen und ihren inneren Zusammenhang wissenschaftlich darzulegen.

Art. 56. Die Pflichtfächer sind:

1. im ersten Studienzyklus:

a) Elemente der Philosophie: philosophische Anthropologie; Metaphysik; Ethik;

b) Elemente der Theologie: Einleitung in die Hl. Schrift, Fundamentaltheologie: die göttliche Offenbarung, ihre Übermittlung und Glaubwürdigkeit, Trinitätstheologie, Christologie, Gnadenlehre, vor allem aber Ekklesiologie, allgemeine und besondere Sakramententheologie, allgemeine und besondere Moraltheologie;

c) die Institutionen des kanonischen Rechtes im allgemeinen;

d) Latein.

2. im zweiten Studienzyklus:

a) der Codex des kanonischen Rechtes bzw. der Codex der Canones der orientalischen Kirchen in ihren Teilen und die anderen kanonischen Gesetze;

b) die damit in Verbindung stehenden Fächer: Theologie des kanonischen Rechts; Rechtsphilosophie, die Institutionen des rö-

institutionum canonicarum; historia fontium iuris canonici; relationes Ecclesiam inter et societatem civilem; praxis canonica administrativa et iudicialis;

c) introductio in Codicem Canonum Ecclesiarum Orientalium pro studentibus Facultatis Iuris Canonici latini; introductio in Codicem Iuris Canonici pro studentibus Facultatis Iuris Canonici orientalis;

d) lingua latina;

e) disciplinæ speciales et exercitationes atque seminaria ab unaquaque Facultate præscripta.

3° in tertio cyclo:

a) latinitas canonica;

b) cursus speciales vel exercitationes ab unaquaque Facultate præscripta.

Art. 57. § 1. Qui curriculum philosophico-theologicum in Seminario vel in Facultate theologica absolverit, directe ad secundum cyclum admitti potest, nisi necessarium aut opportunum appareat aliquem cursum prævium linguæ latinæ vel institutionum generalium iuris canonici exigere.

Qui aliquibus disciplinis primi cycli in apta Facultate vel Instituto universitario se iam rite studuisse comprobaverit, ab iisdem dispensari potest.

§ 2. Qui gradum academicum in iure civili iam consecutus est, ab aliquibus cursibus secundi cycli (ut iure romano et iure civili) dispensari potest quin a triennio ad Licentiam eximatur.

mischen Rechtes, Elemente des staatlichen Rechtes, Geschichte der kanonischen Institutionen, Geschichte der Quellen des kanonischen Rechts; Beziehungen zwischen Kirche und Staat; kanonische Verwaltungs- und Gerichtspraxis;

c) für die Studierenden einer Fakultät des lateinischen kanonischen Rechts eine Einführung in den Codex der Canones der orientalischen Kirchen; für die Studierenden einer Fakultät des orientalischen kanonischen Rechts eine Einführung in den Codex des kanonischen Rechts;

d) Latein;

e) besondere Fächer, Übungen und Seminare entsprechend den Bestimmungen der jeweiligen Fakultät.

3. im dritten Studienzyklus:

a) die lateinische Sprache des kanonischen Rechts;

b) besondere Kurse oder Übungen entsprechend den Bestimmungen der jeweiligen Fakultät.

Art. 57. § 1. Wer die philosophisch-theologischen Studien in einem Seminar oder an einer theologischen Fakultät absolviert hat, kann sofort zum zweiten Zyklus zugelassen werden, sofern es nicht notwendig oder angemessen scheint, eine vorausgehenden Kurs der lateinischen Sprache oder der Institutionen des kanonischen Rechts im Allgemeinen zu verlangen.

Wer nachweist, dass er bereits einige Fächer des ersten Zyklus an einer dazu geeigneten Fakultät oder einem Hochschulinstitut ordnungsgemäß studiert hat, kann von diesen dispensiert werden.

§ 2. Wer bereits einen akademischen Grad im staatlichen Recht erworben hat, kann von einigen Kursen des zweiten Studienzyklus (z. B. dem römischen Recht und dem Zivilrecht) dispensiert werden, jedoch ohne ihn von der dreijährigen Dauer des Lizen-

§ 3. Ad finem secundi cycli studentes linguam latinam ita cognoscant ut Codicem Iuris Canonici et Codicem Canonum Ecclesiarum Orientalium et alia documenta canonica bene intelligant; in tertio autem cyclo fontes iuris canonici rite interpretari possint.

Art. 58. Praeter examina vel aequipollentia experimenta de singulis disciplinis, in fine secundi cycli habeatur vel examen comprehensivum vel aequipollens experimentum, quo studens comprobet se scientificam plenamque formationem acquisivisse, hoc cyclo intentam.

Titulus III

De Facultate Philosophiae

(Const. Apost., art. 79-83)

Art. 59. § 1. Investigatio et institutio philosophica in ecclesiastica Facultate Philosophiae innitendae sunt “patrimonio philosophico

tiatsstudiums zu befreien.

§ 3. Am Ende des zweiten Studienzyklus müssen die Studierenden die lateinische Sprache so gut kennen, dass sie den Codex des kanonischen Rechts und den Codex der Canones der orientalischen Kirchen gut verstehen; im dritten Studienzyklus müssen sie in der Lage sein, die Quellen des kanonischen Rechts angemessen ausulegen.

Art. 58. Außer den Examen oder gleichwertigen Prüfungen in den einzelnen Fächern soll am Ende des zweiten Studienzyklus ein den ganzen Wissensstoff umfassendes Examen oder eine gleichwertige Prüfung stattfinden, durch die der Kandidat die Erlangung der in diesem Zyklus beabsichtigten vollständigen und wissenschaftlichen Ausbildung unter Beweis zu stellen hat.

Titel III

Philosophische Fakultät

(Apost. Konst., Art. 79-83)

Art. 59. § 1. Forschung und Lehre der Philosophie an einer kirchlichen Fakultät für Philosophie müssen sich auf das „immer gülti-

perenniter valido”³ quod per saeculorum decursum enucleatum est, peculiari ratione habita operum sancti Thomae Aquinatis. Eodem tempore oportebit ut philosophia in Facultate ecclesiastica tradita pateat opibus quas recentiores investigationes praebuerunt et afferre pergunt. Amplitudo quidem sapientialis ac metaphysica philosophiae confirmandae sunt.

§ 2. In primo cyclo, philosophia ita tradatur ut studentes qui ad Baccalaureatum aspirant, ad solidam cohaerentemque syntheses doctrinae perveniant, ac diversa philosophorum systemata examinare et diiudicare addiscant, necnon personali considerationi philosophicae paulatim assuefiant. Si primi cycli studiorum theologorum studentes cursus primi cycli in Facultate Philosophiae frequentant, curetur ut specificus sensus materiae et finis cuiusque itineris formativi serventur. Expleta institutione philosophica non confertur titulus academicus in philosophia (cfr *Sap. Chr.*, Art. 72 a); nihilominus studentes requirere possunt testificationem de cursibus frequentatis et creditis adeptis.

§ 3. Institutio in primo cyclo obtenta perfici poterit in subsequenti cyclo initae specializationis per maiorem animi intentionem in partem philosophiae ac per intensiorem sedulitatem studentis in consideratione philosophica.

³ Cfr *Codex Iuris Canonici*, can. 251; Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*, 15.

ge philosophische Erbe”³ stützen, wie es sich im Laufe der Geschichte, insbesondere im Werk des heiligen Thomas von Aquin entwickelt hat. Gleichzeitig soll die an einer kirchlichen Fakultät gelehrte Philosophie offen sein für die Ergebnisse, die neuere Forschungen erbracht haben und weiterhin erbringen. Es ist dabei wichtig, die weisheitliche und metaphysische Dimension der Philosophie zu betonen.

§ 2. Im ersten Zyklus soll die Philosophie so gelehrt werden, daß die Studenten im Lauf des grundlegenden Studienzyklus zu einem soliden und einheitlichen Gesamtbild des Lehrgebäudes gelangen, die verschiedenen philosophischen Systeme prüfen und beurteilen lernen und sich allmählich daran gewöhnen, selbst philosophisch zu denken. Wenn die Studenten des ersten Zyklus der theologischen Studien die Kurse im ersten Zyklus einer Philosophischen Fakultät besuchen, soll darauf geachtet werden, dass die Besonderheit von Inhalt und Zweck eines jeden Ausbildungskurses gewahrt wird. Am Ende der philosophischen Ausbildung wird kein akademischer Titel in Philosophie verliehen (vgl. *SapChr* Art. 72, a). Die Studenten können jedoch eine Bescheinigung über die besuchten Kurse und die erreichten Kreditpunkte erbitten.

§ 3. Die im ersten Zyklus erhaltene Ausbildung kann im folgenden Zyklus der beginnenden Spezialisierung durch eine größere Konzentration auf einen Teil der Philosophie und einen größeren Einsatz des Studenten im philosophischen Denken vervollständigt werden.

³ Vgl. *CIC*, can. 251 und ZWEITES VATIKANISCHES KONZIL, Dekret *Optatam totius*, Nr. 15.

§ 4. Perspicue distinguendum est inter studia apud ecclesiasticas Facultates Philosophiae et curriculum philosophicum quod constituens pars est studiorum apud Facultatem theologicam vel Seminarium. In institutione ubi inveniuntur insimul et ecclesiastica Facultas Philosophiae et Facultas Theologiae, cum cursus philosophiae, qui partem constituunt primi cycli quinquennalis theologiae, absolvuntur apud Facultatem Philosophiae, auctoritas quae rationem studiorum determinat est decanus Facultatis Theologiae, dummodo legem vigentem servet et artam cooperationem cum Facultate Philosophiae confirmet.

Art. 60. Disciplinae in variis cyclis tradendae:

1° in primo cyclo:

a) Materiae fundamentales obligatoriae:

– Introductio generalis cuius particularis finis tendet ad sapientialem amplitudinem philosophiae exhibendam.

– Disciplinae philosophicae praecipuae: 1) metaphysica (philosophia entis et theologia naturalis), 2) philosophia naturae, 3) philosophia hominis, 4) philosophia moralis et politica, 5) logica et philosophia cognitionis. Ob peculiare metaphysicae pondus, congruens numerus creditorum huic disciplinae respondere debet.

– Historia philosophiae: antiqua, mediaevalis, moderna, et hodierna. Investigatio attenta opinionum quae maius habuerunt pondus sustinebitur, quantum fieri potest, lectione textuum auctorum praestantiorum. Addetur, pro necessitate, philosophiarum localium studium.

§ 4. Es ist angebracht, eine klare Unterscheidung zwischen Studien an kirchlichen Fakultäten für Philosophie und dem philosophischen Kurs, der integraler Bestandteil der Studien an einer Theologischen Fakultät oder in einem Priesterseminar ist, zu treffen. Sollten sich in einer Institution nebeneinander sowohl eine kirchliche Fakultät für Philosophie als auch eine Fakultät für Theologie befinden, ist die entscheidende Instanz, die das Studienprogramm festlegt, wenn die Kurse für Philosophie als Teil des ersten Zyklus, also in den ersten fünf Jahren der Theologie in der Philosophischen Fakultät absolviert werden, der Dekan der Theologischen Fakultät. Dabei sind das geltende Recht zu beachten und die enge Kooperation mit der Philosophischen Fakultät zu würdigen.
Art. 60. Die Pflichtfächer der verschiedenen Zyklen sind:

1. im ersten Zyklus:

a) die grundlegenden Pflichtfächer:

– Eine generelle Einführung, die insbesondere darauf bedacht ist, die weisheitliche Dimension der Philosophie zu zeigen.

– Die philosophischen Hauptfächer: 1) Metaphysik (verstanden als Philosophie des Seins und der *Theologia naturalis*), 2) Naturphilosophie, 3) philosophische Anthropologie, 4) philosophische Ethik und politische Philosophie, 5) Logik und Erkenntnislehre. Eine besondere Bedeutung gilt der Metaphysik. Diesem Umstand sollte eine ausreichende Zahl an Kreditpunkten entsprechen.

– Die Philosophiegeschichte: antike, mittelalterliche, moderne und zeitgenössische. Das aufmerksame Studium der jüngeren philosophischen Richtungen mit größerem Einfluss, sollte wenn möglich von der Lektüre der Texte der bedeutenderen Autoren begleitet sein. Je nach Erfordernis sollte ein Studium der einheimischen Philosophien hinzugefügt werden.

Disciplinae fundamentales obligatoriae constituent oportet saltem sexaginta centesimas partes numeri creditorum primi cycli; non vero superent septuaginta centesimas partes.

b) *Materiae obligatoriae adiunctae*:

– Investigatio necessitudinum inter rationem et fidem christianam seu inter philosophiam et theologiam, sub respectu systematico et historico, quae prospiciat tam autonomiae camporum quam earum nexui.⁴

– Lingua Latina, ita ut studentes opera philosophica (praesertim auctorum christianorum) Latine exarata intellegere possint. Usus linguae Latinae intra primos duos annos comprobari debet.

– Quaedam lingua moderna praeter linguam patriam, cuius cognitio comprobanda est intra finem tertii anni.

– Introductio ad methodum studii atque laboris scientifici quae opportune promoveat ad usum instrumentorum investigationis et ad exercitium argumentationis.

c) *Materiae additiciae optabiles*:

⁴ Cfr *Fides et ratio*, 75, quo repugnatur “opinio illa ... sic dictae philosophicae ‘seiunctae’” quae “ipsa sibi arrogat ius quidlibet sua in provincia excogitandi” et confirmatur quaedam iusta autonomia: “philosophia legitime affectat se *sui iuris* esse inceptum, quae videlicet secundum suas ipsius leges agit, quae suis unis viribus innititur.”

Die grundlegenden Pflichtfächer sollten wenigstens 60 % und nicht mehr als 70 % der Kreditpunkte des ersten Zyklus ausmachen.

b) Die ergänzenden Pflichtfächer:

– Das Studium des Verhältnisses von Vernunft und christlichem Glauben bzw. zwischen Philosophie und Theologie aus systematischer und historischer Sicht unter Wahrung sowohl der Autonomie beider Gebiete voneinander als auch ihrer Verbindung miteinander.⁴

– Lateinkenntnisse, die das Verständnis der philosophischen Werke (besonders der christlichen Autoren), die in dieser Sprache abgefasst sind, ermöglichen. Die Lateinkenntnisse sollen innerhalb der ersten beiden Jahre festgestellt werden.

– Eine moderne Fremdsprache außer der eigenen Muttersprache. Die Kenntnisse sollen vor dem Ende des dritten Jahres festgestellt werden.

– Eine Einleitung in die Methodologie des Studiums und das wissenschaftliche Arbeiten, die zum Gebrauch des Instrumentariums der Forschung und zum praktischen argumentativen Diskurs befähigen soll

c) Die ergänzenden Wahlfächer aus den Bereichen:

⁴ Vgl. *Fides et ratio*, Nr. 75, worin „die Theorie von der sogenannten »getrennten« Philosophie”, die „eine Unabhängigkeit des Denkens” fordert, zurückgewiesen und zugleich eine gewisse Unabhängigkeit bestätigt wird: „die Philosophie [bekundet] das legitime Bestreben, eine Unternehmung zu sein, die *autonom* ist; das heißt: sie geht nach ihren eigenen Gesetzen vor und bedient sich ausschließlich der Kräfte der Vernunft”.

- Elementa litterarum et artium;
- Elementa cuiusdam scientiae humanae vel cuiusdam scientiae naturalis (e.g. psychologiae, sociologiae, historiae, biologiae, physicae). Praecipue curandum est ut inter scientias et philosophiam nexus quidam statuatur.
- Alia quaedam disciplina philosophica optabilis: e.g., philosophia scientiarum, philosophia culturae, philosophia artis, philosophia rei technicae, philosophia sermonis, philosophia iuris, philosophia religionis.

2° in secundo cyclo:

- Disciplinae speciales, quae opportune in varias *sectiones* distribuuntur secundum diversas *specializationes*, cum propriis exercitationibus et seminariis, quadam quoque commentatione conscripta.
- Rudimenta vel profundior cognitio linguae Graecae antiquae aut adeptio cuiusdam secundae linguae modernae, praeter eam requisitam in primo cyclo, vel profundior huius cognitio.

3° in tertio cyclo:

Determinent Facultatis Statuta an et quae disciplinae speciales, cum exercitationibus et seminariis, tradendae sint. Necessarium erit aliam novam linguam discere aut unam ex illis prius cognitis perdiscere.

Art. 61.

a) Facultas habere debet, tamquam stabiles, saltem septem docentes rite qualificados ita ut ii institutionem cuiusque materiae obligatoriae fundamentalis praebere possint (cfr. *Ord.* Art. 60, 1°; Art. 45, § 1, b).

Praesertim in primo cyclo saltem quinque stabiles docentes habeantur oportet ita distributi: unus in metaphysica, unus in

- Literatur und Künste;

– Human- oder Naturwissenschaft (z. B.: Psychologie, Soziologie, Geschichte, Biologie, Physik). Man achte darauf, dass insbesondere eine Verbindung zwischen den Wissenschaften und der Philosophie hergestellt wird.

– Andere mögliche philosophische Wahlfächer: z. B.: Philosophie der Wissenschaften, Kulturphilosophie, Philosophie der Kunst, Philosophie der Technik, Sprachphilosophie, Rechtsphilosophie, Religionsphilosophie.

2. im zweiten Zyklus:

– Einige spezielle Fächer, die je nach den verschiedenen *Spezialisierungen*, einschließlich der Übungen und Seminare und einer schriftlichen Arbeit auf die verschiedenen *Sektionen* aufgeteilt werden.

– Erlernen oder Vertiefen des klassischen Griechisch oder einer zweiten modernen Fremdsprache über die im ersten Zyklus geforderte hinaus oder deren Vertiefung

3. im dritten Zyklus:

Die Statuten der Fakultät sollen festlegen, ob und welche speziellen Fächer zu behandeln sind, einschließlich ihrer Übungen und Seminare. Das Erlernen einer weiteren Sprache oder die Vertiefung einer schon vorher erlernten Sprache ist notwendig.

Art. 61.

a) Die Fakultät soll wenigstens sieben ständige, ausreichend qualifizierte Dozenten beschäftigen, so dass diese die Lehre in allen grundlegenden Pflichtfächern gewährleisten können (vgl. *SapChr Ord* Art. 60, 1.; Art. 45 § 1, b).

Insbesondere der erste Zyklus soll wenigstens fünf fest angestellte Dozenten aufweisen, die in folgender Weise aufgeteilt sein

philosophia naturae, unus in philosophia hominis, unus in philosophia morali et politica, unus in logica et philosophia cognitionis.

Quod ad alias materias, sive obligatorias sive optabiles, facultas auxilium aliorum docentium quaerere potest.

b) Docens aptus fit ad docendum in facultate ecclesiastica si gradus academicos requisitos in ecclesiastica Facultate Philosophiae consecutus fuerit (cfr *Ord.*, Art. 17).

c) Docens vero qui nec Doctoratum canonicum nec Licentiam canonicam possidet, adnumerandus est uti professor stabilis ea tamen lege ut praeditus sit institutione philosophica quatenus ad materiam et ad methodum congrua institutioni in facultate ecclesiastica propositae. Ad candidatos de idoneitate docendi in ecclesiastica Facultate Philosophiae iudicandos, perpendere oportebit: peritiam necessariam in materia iis assignata; congruam aperitionem ad universitatem scientiae; in publicationibus et in navitate didactica adhaesionem veritati quam fides docet; intellectionem satis profundam concordis necessitudinis inter fidem et rationem.

d) Curandum erit ut ecclesiastica Facultas Philosophiae semper maiorem partem habeat docentium stabilium qui possideant Doctoratum ecclesiasticum in philosophia, vel Licentiam ecclesiasticam in quadam scientia sacra simul cum Doctoratu in philosophia apud universitatem non ecclesiasticam adepti.

Art. 62. In universum, ut studens admitti possit ad secundum cyclum in philosophia necesse est ut Baccalaureatum ecclesiasticum in philosophia consecutus sit.

sollen: jeweils ein Dozent für Metaphysik, Naturphilosophie, philosophische Anthropologie, philosophische Ethik und politische Philosophie, Logik und Erkenntnislehre.

Für die anderen Fächer, ob verpflichtend oder freiwillig, kann die Fakultät andere Dozenten anfragen.

b) Ein Dozent ist zur Lehrtätigkeit in einer kirchlichen universitären Einrichtung berechtigt, wenn er die entsprechenden akademischen Grade einer kirchlichen Fakultät für Philosophie vorweisen kann (vgl. *SapChrOrd* Art. 17)

c) Ist der Dozent weder in Besitz eines kanonischen Doktorats noch eines kanonischen Lizentiats, kann er nur unter der Bedingung als fest angestellter Professor aufgenommen werden, dass seine philosophische Ausbildung sowohl nach Inhalt als auch nach Methode mit jener übereinstimmt, die in einer kirchlichen Fakultät üblich ist. In der Bewertung der Kandidaten für die Lehre in einer kirchlichen Fakultät für Philosophie muss beachtet werden: die nötige Kompetenz in den von ihnen gelehrten Fächern; eine angemessene Offenheit für den Zusammenhang des Wissens; die Zustimmung in ihren Publikationen und ihrer didaktischen Tätigkeit zu der vom Glauben gelehrten Wahrheit; eine angemessen vertiefte Kenntnis des harmonischen Verhältnisses von Glaube und Vernunft.

d) Es soll sichergestellt sein, dass an einer kirchlichen Fakultät für Philosophie immer eine Mehrheit von fest angestellten Dozenten gewahrt wird, die ein kanonisches Doktorat in Philosophie besitzen, oder – falls das philosophische Doktorat durch eine nichtkirchliche Universität verliehen wurde – zumindest mit einem kirchlichen Lizentiat ausgestattet sind.

Art. 62. Generell soll ein Student, um zum zweiten Zyklus in Philosophie zugelassen zu werden, das kirchliche Bakkalaureat in Philosophie erworben haben.

Si studens philosophica studia perfecit in Facultate Philosophiae non ecclesiastica apud Universitatem catholicam vel in alio Instituto altiorum studiorum, admitti potest ad secundum cyclum tantummodo si, per conveniens examen, demonstraverit se praeparationem habere quae par sit illi propositae in ecclesiastica Facultate Philosophiae, et lacunas, si quae fuerint, repleverit, quatenus ad annos et ad rationem studiorum prout secundum praesentes *Ordinationes* praevidetur pro primo cyclo. Cursuum selectio favere debet synthesisi materiarum traditarum (cfr. *Sap. Chr.*, Art. 81, a). His integrativis studiis expletis, studens admittetur ad secundum cyclum, quin obtineat Baccalaureatum ecclesiasticum in philosophia.

§ 1. Ratione habita reformationis primi cycli triennalis studiorum ecclesiasticorum philosophiae qui Baccalaureatu in philosophia concluditur, necessarium est ut affiliatio philosophica conformetur iis quae de primo cyclo statuta sunt, quatenus ad numerum annorum et ad rationem studiorum (cfr. *Ord.*, Art. 60, 1°); in quolibet Instituto philosophico affiliato adnumerentur saltem quinque docentes stabiles obligatoriis qualificationibus praediti (cfr. *Ord.*, Art. 61, a).

§ 2. Ratione habita reformationis secundi cycli biennalis studiorum ecclesiasticorum philosophiae, qui Licentia in philosophia concluditur, oportet ut aggregatio philosophica conformetur iis quae et pro primo et pro secundo cyclo statuta sunt, quatenus ad numerum annorum et ad rationem studiorum (cfr. *Sap. Chr.*, Art. 72 a e b; *Ord.*, Art. 60); in Instituto philosophico aggregato numerus docentium stabilium attingere debet saltem sex, qui obligatoriis qualificationibus fruuntur (cfr. *Ord.*, Art. 61, a).

Wenn ein Student die philosophischen Studien an einer nicht-kirchlichen Fakultät für Philosophie an einer katholischen Universität oder einer anderen Hochschule absolviert hat, kann er zum zweiten Zyklus nur zugelassen werden, nachdem er durch eine geeignete Prüfung gezeigt hat, dass seine Vorbildung mit jener vergleichbar ist, die von einer kirchlichen Fakultät für Philosophie geleistet wird und eventuelle Mängel in Bezug auf die Jahre und die für den ersten Zyklus auf der Basis der vorgesehenen Studienpläne entsprechend den vorliegenden *Ordinationes* behoben hat. Die Wahl der Kurse muss eine Synthese der gelehrten Fächer fördern (vgl. *SapChr* Art. 81, a). Am Ende dieser Ergänzungsstudien wird der Student zum zweiten Zyklus zugelassen, jedoch ohne das kirchliche Bakkalaureat in Philosophie zu erhalten.

§ 1. Der Reform des ersten Zyklus von drei Jahren der kirchlichen Studien in Philosophie, die mit dem Bakkalaureat in Philosophie abschließen, Rechnung tragend soll bei einer Affiliation der Philosophie dies mit dem, was für den ersten Zyklus verfügt worden ist, sowohl hinsichtlich der Zahl der Jahre als auch des Studienplans übereinstimmen (vgl. *SapChrOrd* Art. 60, 1); die Zahl der fest angestellten Dozenten mit entsprechender Qualifikation in einem affilierten Institut soll wenigstens fünf betragen (vgl. *SapChrOrd* Art. 61, a).

§ 2. Der Reform des zweiten Zyklus von zwei Jahren der kirchlichen Studien in Philosophie, die mit dem Lizentiat in Philosophie abschließen, Rechnung tragend soll bei einer Aggregation der Philosophie dies mit dem, was für den ersten und den zweiten Zyklus verfügt worden ist, sowohl hinsichtlich der Zahl der Jahre als auch des Studienplans (vgl. *SapChr* Art. 72 a und b; *SapChrOrd* Art. 60) übereinstimmen; die Zahl der fest angestellten Dozenten mit entsprechender Qualifikation in einem aggregierten Institut soll wenigstens sechs betragen (vgl. *SapChrOrd* Art. 61, a).

§ 3. Ratione habita reformationis itineris philosophiae inclusi in primo cyclo philosophico ac theologico qui Baccalaureatu in theologia concluditur, institutio philosophica in Instituto theologiae affiliato conformetur oportet iis quae circa rationem studiorum statuta sunt (cfr *Ord.*, Art. 51, 1°); numerus docentium stabilium duos saltem recensere debet.

Titulus IV

De aliis Facultatibus

(Const. Apost., art. 84-87)

Art. 63. Ad normam art. 86 Constitutionis gradatim tradentur a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica normae speciales pro aliis Facultatibus, ratione habita experientiae in iisdem Facultatibus et Institutis iam haustae.

Art. 64. Interim in Appendice II Elenchus praebetur provinciarum seu Sectorum studiorum ecclesiasticorum – praeter theologica, canonistica, philosophica, de quibus in tribus prioribus titulis alterius partis harum Ordinationum – prout tamquam Facultates vel Instituta „ad instar“ vel *Sectiones Specializationis* nunc in Ecclesia ipsi academice ordinantur ac vigent. Qui Elenchus opportune a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica complebitur, indicatis eorundem Sectorum tum finibus peculiaribus tum potioribus disciplinis, quae in eis traduntur et investigantur.

§ 3. Der Reform des Studienplans innerhalb des ersten philosophisch-theologischen Zyklus, der mit dem Bakkalauerat in Theologie abgeschlossen wird, Rechnung tragend soll die philosophische Ausbildung eines affilierten Instituts in Theologie mit dem, was hinsichtlich des Studienplans verfügt worden ist (vgl. *SapChr Ord* Art. 51, 1) übereinstimmen. Die Zahl der fest angestellten Dozenten soll wenigstens zwei betragen.

Titel IV

Sonstige Fakultäten

(Apost. Konst., Art. 84-87)

Art. 63. Gemäß Art. 86 der Konstitution wird die Kongregation für das katholische Bildungswesen nach und nach besondere Normen für die anderen Fakultäten erlassen, unter Berücksichtigung der Erfahrung, die solche Fakultäten und Institute bereits gemacht haben.

Art. 64. Inzwischen bietet Anhang II eine Liste der Gebiete oder Sektoren der kirchlichen Studien – abgesehen von Theologie, kanonischem Recht und Philosophie, die in den drei ersten Abschnitten des Zweiten Teils der vorliegenden Verordnungen behandelt wurden – wie sie derzeit in der Kirche als Fakultäten oder Institute „ad instar“ oder *Sektion für die Spezialisierung* eingeordnet sind und gelten. Diese Liste wird von der Kongregation entsprechend ergänzt werden, wobei sie sowohl die besonderen Zielsetzungen dieser Sektoren als auch die wichtigsten Fächer, die dort Gegen-

Quas Ordinationes omnes et singulas SS. mus D. N. Ioannes Paulus divina Providentia PP. II ratas habuit, confirmavit, evulgari iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, die XXIX mensis Aprilis, memoriae S. Catharinae Senensis, virg. et Eccl. doct., sacra, anno MCMLXXIX.

L.+S.

GABRIEL MARIA CARD. GARRONE

Praefectus

ANTONIUS MARIA JAVIERRE ORTAS

a Secretis

APPENDIX I

ad art. 6 „Ordinationum“

NORMAE AD UNIVERSITATIS VEL FACULTATIS STATUTA CONFICIENDA

Statuta Universitatis vel Facultatis, attentis iis, quae in Constitutione Apostolica et adnexis Ordinationibus continentur – relinquendo propriis internis ordinationibus ea, quae magis particularia et mutabilia sunt – de sequentibus praecipue agere debent:

stand der Lehre und Forschung bilden, aufzeigen wird.

Seine Heiligkeit Papst Johannes Paul II. hat die vorliegenden Verordnungen ratifiziert, bestätigt und deren Veröffentlichung angeordnet, ungeachtet aller gegenteilig lautenden Vorschriften.

Rom, am Sitz der Kongregation für das katholische Bildungswesen, am 29. April 1979, dem Tag des Gedächtnisses der Hl. Katharina, Jungfrau und Kirchenlehrerin.

GABRIEL MARIA KARD. GARRONE

Der Präfekt

+ ANTONIUS MARIA JAVIERRE ORTAS

Der Sekretär

ANHANG I

zu Art. 6 der „Verordnungen“

NORMEN FÜR DIE ABFASSUNG DER STATUTEN EINER UNIVERSITÄT ODER FAKULTÄT

Unter Berücksichtigung alles dessen, was in der Apostolischen Konstitution und in den ihr beigefügten Verordnungen enthalten ist – wobei Dinge die mehr ins einzelne gehen und leichter einer Veränderung unterliegen, den eigenen Geschäftsordnungen überlassen bleiben –, sollen die Statuten einer Universität oder Fakultät besonders die folgenden Punkte behandeln:

1. *De nomine, natura et fine* Universitatis vel Facultatis (cum brevi notitia historica in prooemio).
2. *De regimine* – De Magno Cancellario; de Auctoritatibus academicis personalibus et collegialibus: quaenam earum munera; quomodo Auctoritates personales eligantur et quamdiu munere fungantur; quomodo Auctoritatum collegialium seu Consiliorum membra eligantur et in quod tempus.
3. *De docentibus* – Quot saltem esse debeant in unaquaque Facultate; in quos ordines docentes sive stabiles sive non stabiles distinguantur; quibus dotibus praediti esse debeant; quomodo cooptentur, nominentur, promoveantur et a munere cessent; de eorum officiis et iuribus.
4. *De studentibus* – De requisitis ad eorum adscriptionem; de eorum officiis et iuribus.
5. *De officialibus et administris* – De eorum officiis et iuribus.
6. *De ratione studiorum* – Quae sit ordinatio studiorum in unaquaque Facultate: qui cycli habeantur; quae disciplinae tradantur: de earum obligatorietate et frequentatione; quae semina et exercitationes; quae examina et experimenta.
7. *De gradibus academicis* – Qui gradus conferantur in unaquaque Facultate et quibus condicionibus.
8. *De rebus didacticis* – De bibliotheca: quomodo eius conservationi et incremento provideatur; de aliis subsidiis didacticis et de laboratoris scientificis, si requirantur.
9. *De rebus oeconomicis* – De patrimonio Universitatis vel Facultatis, et de eius administratione; de normis circa honoraria pro auctoritatibus, docentibus et officialibus et circa studentium tributa, necnon de beneficiis scholasticis.

1. *Namen, Wesen und Zweck* der Universität oder Fakultät (mit einer kurzen Geschichte im Vorwort).
2. *Leitung* – Der Großkanzler; die akademischen Behörden sowohl als Einzelpersonen als auch kollegial, ihre genauen Aufgaben; Art und Weise ihrer Wahl sowie ihre Amtszeit; Art und Weise der Wahl der kollegialen Behörden oder der Mitglieder der Räte sowie ihre Amtszeit.
3. *Lehrkörper* – Sein Mindestumfang in jeder einzelnen Fakultät; in welche Kategorien sowohl die fest- wie die nicht festangestellten Dozenten einzuteilen sind; welche Voraussetzungen sie erfüllen müssen; ihre Ernennung, Beförderung und Entlassung; ihre Pflichten und Rechte.
4. *Studenten* – Die Voraussetzungen für ihre Inskription; ihre Pflichten und Rechte.
5. *Beamte und Angestellte* – Ihre Pflichten und Rechte.
6. *Studienplan* – Welche Studienordnung in jeder einzelnen Fakultät gilt; welche Studienzyklen vorgesehen sind; welche Fächer unterrichtet werden: ihre Verbindlichkeit und Stundenzahl; welche Seminare und Übungen vorgesehen sind; welche Examen und Prüfungen.
7. *Akademische Grade* – Welche Grade an den einzelnen Fakultäten verliehen werden und unter welchen Bedingungen.
8. *Lehrmittel* – Die Bibliothek; wie ihre Erhaltung und Erweiterung vorgesehen ist; die anderen didaktischen Hilfsmittel und, wenn nötig, die Laboratorien.
9. *Finanzielle Mittel* – Das Vermögen der Universität oder Fakultät und seine Verwaltung; die Normen betreffs der Gehälter für die akademischen Behörden, den Lehrkörper und die Beamten sowie betreffs der Studiengebühren einschließlich der Studienbeihilfen.

10. De relationibus cum aliis Facultatibus, Institutis, etc.

APPENDIX II

ad art. 64 „Ordinationum“

SECTORES STUDIORUM ECCLESIASTICORUM PROUTI NUNC (A. MCMLXXIX) IN ECCLESIA ACADEMICE ORDINANTUR AC VIGENT

ELENCHUS

Animadversio. – Singuli *Sectores* studiorum, ordine alphabetico hic enumerati, referunt intra parentheses formam organizationis academicae (Facultatis nempe vel Instituti „ad instar“ vel *Sectionis Specializationis*), qua nunc in aliquo saltem Centro Academico Ecclesiastico vigent. Non recensentur studia theologica, canonistica et philosophica, de quibus in art. 51, 56, 59 harum Ordinationum.

1. Studia *Arabica-Islamica* (Institutum „ad instar“, Sectio specializationis in Facultate Theologica).
2. Studia *Archaeologica* christiana (Institutum „ad instar“).

10. *Beziehungen zu anderen Fakultäten, Instituten usw.*

ANHANG II

zu Art. 64 der „Verordnungen“

THEMENBEREICHE KIRCHLICHER STUDIEN GEMÄß IHRER GE- GENWÄRTIGEN (IM JAHR 1979) AKA- DEMISCHEN EINORDNUNG UND IH- RES RECHTLICHEN WERTES IN DER KIRCHE

LISTE

Zur Beachtung – Den einzelnen *Studiensektoren*, die hier in alphabetischer Reihenfolge angeführt werden, ist in Klammer die akademische Einordnung (der Fakultät oder des Instituts „ad instar“ oder einer *Sektion der Spezialisierung*) hinzugefügt, der entsprechend sie derzeit zumindest an einigen kirchlichen Hochschulen vorzufinden sind. Nicht aufgezählt sind die theologischen, die kanonistischen und philosophischen Sektoren: für die auf die Artikel 51, 56, 60 der vorliegenden Verordnungen verwiesen wird.

1. Studium der *Arabistik und Islamistik* (Institut „ad instar“, Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
2. Studium der *christlichen Archäologie* (Institut „ad instar“).

3. Studia *Atheismi* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica et/vel Philosophica).
4. Studia *Biblica* (Facultas Scientiarum Biblicarum, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
5. Studia *Catechetica* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica vel Scientiarum Educationis).
6. Studia *Ecclesiastica Orientalia* (Facultas Scientiarum Ecclesiasticarum Orientalium).
7. Studia *Educationis* (Facultas Scientiarum Educationis).
8. Studia *Historica Ecclesiastica* (Facultas Historiae Ecclesiasticae, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
9. Studia *Iuridica Canonica-Civilia comparata* (Facultas Iuris civilis comparati).
10. Studia *Litteraria Classica et Christiana* (Facultas Litterarum Christianarum et Classicarum).
11. Studia *Liturgica* (Facultas, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
12. Studia *Mariologica* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
13. Studia *Mediaevalia* (Institutum „ad instar“, Sectio Specializationis in Facultate Theologica, vel Iuris Canonici, vel Philosophica).
14. Studia *Missiologica* (Facultas Missiologiae, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
15. Studia *Moralia* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
16. Studia *Musica Sacra* (Institutum „ad instar“, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
17. Studia *Oecumenica* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).
18. Studia *Orientalistica* (Facultas Orientis Antiqui, Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

3. Studium des *Atheismus* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen und/oder philosophischen Fakultät).
4. Studium der *Biblistik* (Fakultät für Biblistik, Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
5. Studium der *Katechetik* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen oder erziehungswissenschaftlichen Fakultät).
6. Studium der *Ostkirchlichen Wissenschaften* (ostkirchliche Fakultät).
7. Studium der *Erziehungswissenschaften* (erziehungswissenschaftliche Fakultät).
8. Studium der *Kirchengeschichte* (Fakultät für Kirchengeschichte, Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
9. Studium der *Vergleichenden Rechtswissenschaft in kanonistisch-bürgerlichem Recht* (Fakultät für vergleichende Rechtswissenschaft).
10. Studium der *Klassischen und christlichen Literatur* (Fakultät für christliche und klassische Literatur).
11. Studium der *Liturgie* (Fakultät, Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
12. Studium der *Mariologie* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
13. Studium des *Mittelalters* (Institut „ad instar“, Sektion für Spezialisierung an der theologischen oder kirchenrechtlichen oder philosophischen Fakultät).
14. Studium der *Missiologie* (Fakultät für Missiologie; Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
15. Studium der *Moral* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
16. Studium der *Kirchenmusik* (Institut „ad instar“, Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
17. Studium des *Ökumenismus* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).
18. Studium der *Orientalistik* (altorientalische Fakultät, Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).

lizationis in Facultate Theologica vel Philosophica).

19. Studia *Paedagogica* (Facultas Paedagogiae, Sectio Specializationis in Facultate Philosophiae vel Scientiarum Educationis).

20. Studia *Pastoralia* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

21. Studia *Patristica* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

22. Studia *Psychologica* (Institutum „ad instar“, Sectio Specializationis in Facultate Philosophica, vel Paedagogica, vel Scientiarum Educationis).

23. Studia *Religionum et Phaenomeni Religiosi* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica vel Philosophica).

24. Studia *Religiosa catholica* (Institutum Superius Scientiarum Religiosarum).

25. Studia *Sociologica* (Facultas Scientiarum Socialium, Sectio Specializationis in Facultate Scientiarum Educationis).

26. Studia *Spiritualitatis* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

27. Studia *Theologiae vitae religiosae* (Sectio Specializationis in Facultate Theologica).

für Spezialisierung an der theologischen oder philosophischen Fakultät).

19. Studium der *Pädagogik* (pädagogische Fakultät, Sektion für Spezialisierung an der philosophischen oder erziehungswissenschaftlichen Fakultät).

20. Studium der *Pastoral* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).

21. Studium der *Patristik* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).

22. Studium der *Psychologie* (Institut „ad instar“, Sektion für Spezialisierung an der philosophischen oder pädagogischen oder erziehungswissenschaftlichen Fakultät).

23. Studium der *Religion* und des *religiösen Phänomens* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen oder philosophischen Fakultät).

24. Studium der *Katholischen Religionswissenschaft* (Hochschule für Religionswissenschaft).

25. Studium der *Soziologie* (Fakultät für Spezialisierung an der erziehungswissenschaftlichen Fakultät).

26. Studium der *Spiritualität* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).

27. Studium der *Theologie des Ordenslebens* (Sektion für Spezialisierung an der theologischen Fakultät).